



**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

De orthographia, liber

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72031](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72031)

Per tropologiam, quisque fidelium, quibus dicitur prima Corinthiorum tertio, An nescitis quia corpora vestra templum est Spiritus sancti, qui in vobis est? Per anagogen, superni gaudii mansiones, cui aspirabat qui ait, Beati qui habitant in domo tua Domine, in saeculum saeculi laudabunt te. Simili modo quod dicitur Psalmo centesimo quadragesimo septimo: Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion. Quoniam confortavit terras portarum tuarum, benedixit filiis tuis in te. De civibus terrae Hierusalem, de ecclesia Christi, de anima quoque electa, de patria caelesti, juxta historiam, juxta allegoriam, juxta tropologiam, juxta anagogen, recte potest accipi. Juxta allegoriam, de ecclesia diximus, sequentes exemplum doctissimi tractatoris Gregorii, qui in libris Moralibus, ea quae de Christo sive ecclesia per figuram dicta, sive facta interpretabantur, allegoriam proprie nuncupare solebat.

De homaesi.

O *Molitoris*, est minus nota rei, per similitudinem ejus, quae magis nota est, demonstratio: hujus species sunt tres.

εικον. παραβολη. παραδειγμα.

De icone.

I *con*, est personarum inter se, vel eorum quae personis accidunt, comparatio: ut Ioannis primo, Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a patre. Et Lucae vigesimo, Neque nubent, neque ducent uxores, neque enim ultra mori poterunt, aequales enim angelis erunt.

De parabola.

Παραβολη, est rerum genere dissimilium comparatio: ut Matthaei decimotertio, Simile est regnum caelorum grano sinapis. Et Ioannis tertio, Sicut Moyses exaltavit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.

De paradigmati.

Παράδειγμα, est praepositio, sive enarratio exempli exhortantis aut deterrentis. Exhortantis, ut Iacobi quinto, Helias homo erat similis nobis, passibilis, & orationem oravit, ut non plueret super terram, & non pluit annis tribus, & mensibus sex. Et Matthaei sexto, Respiciite volatilia caeli, quoniam non ferunt, neque metunt, neque congregant in horrea, & pater vester caelestis pascit illa. Deterrentis, ut Matthaei vigesimoquarto: Illa hora qui fuerit in recto, & in domo, non descendat tollere illa: & qui in agro, similiter non redeat retrò. Memores estote uxoris Loth.

Et sic habentur tredecim generales tropi Sacrae scripturae.

**BEDÆ PRESBYTERI
DE ORTHOGRAPHIA**

LIBER.



Littera etiam nota pronominis est, cum Augustum sola significat.

B, propinqua est p litterae, qua saepe mutatur: ut, supponit opponit.

C, nota est pronominis, cum Caesarem significat: item numeri, cum centum.

D, littera, propinqua est consonantibus his, c g l p r m t, quia haec succedunt in locum ejus: ut, accipe, aggrega, alliga, appare, arripe, committe, attende. nota pronominis,

cum Decium sola significat: item numeri: cum quingentos.

L sola, Lucium significat.

M sola, Marium.

N sola, numerum: praeposita G, Gneum.

P sola, Publium, & cum R, populum Romanum: & subiecta R, republicanum; & praeposita C, patres conscripti, sive post consulatum.

Q littera, etiam nota est nominis, cum Quintum sola significat: item honoris, quum Quastorem: populi, quum Quirites.

T, nota est pronominis, quum Titum sola significat.

V adjuncta c, quum virga jacente superposita, Vir clarissimus V geminata cum virga jacente superposita, Verbi gratia. V geminata cum duplici, Viri clarissimi.

A Nte praepositio, multa significat: nam & tempus significat, cum dicitur: Ante me non est formatus Deus, & post me non erit. Et praesentiam: ut, Ante conspectum gentium, revelavit iustitiam suam: id est, coram gentibus. Et dignitatem: ut, Posuit Ephraim ante Massalem: & Qui post me venit, ante me factus est: id est, mihi praelatus.

Aula, Latine domus regia est, Graece atrium: unde notandum, quod in Psalmo ubi legimus: Adorate Dominum in aula sancta ejus, non palatium aula nomine, sed atrium Graeco vocabulo debet intelligi.

Ausculto suavori, & ausculto praeposita magistri, Ausculto autem & audio, ex uno Graeco sermone vertuntur, quod est ακουω.

Arrha Latine dicitur, arrhabon Graece.

Agon Graece, Latine certamen.

Αρρα Graece, Latine arum.

Ασφαλτες Graece, Latine bitumen.

Acer, acerrimus, non acerrimus.

Agilis, agillimus, non agillimus: & in Adverbiis acerrime & agillime.

Audeo, audes, perfectum facit, ausus sum.

Adjuvo Perfectae formae est.

Adjuvo Frequentativa.

Acervo, Aggero, Accumulo, ex uno Graeco verbo σπρωνω.

Ager, animo: agrotus, corpore: utrumque per a diphthongum scribendum.

Aboleo, abolevi.

Arceo, arcui.

Alibi, alio loco.

Alias, alio tempore significat: attamen invenimus Alias, nonnunquam pro aliter, sive pro alio loco positum.

Abstineo me cibo.

Alienus sum crimine.

Antebat sapientia Salomon cunctis mortalibus. Iulianus ait,

Admoneo interfectorem caedis & caedem.

Aequalis, alterius staturae par est.

Aequabile, quod aequari potest.

Appetens cibum, & appetens tibi. Ambrosius: Cancer ut appetens cibi, ita propiciens est periculi.

Accuso sacrilegum, & infirmulo, ex uno Graeco verbo κατασπρωνω.

Animadverto in te, & vindico in te, ex uno Graeco κολαζω.

Aer singulari tantum numero gaudet: & quamvis aera dicamus, tamen certis casibus non utimur.

Autumnus genere masculino: & Autumnum dicitur neutro: utrumque numero singulari.

Aurichalcum & Orichalcum dicimus: & hoc singulariter tantum, sic & caetera metalla.

Ab, & Ex, praepositiones, si sequens verbum a vocali incipiat, integre efferuntur: ut ex oppido, ab illo, si consonantes sequantur, extremam litteram perdunt: ut, Effero a sacerdote. Haec autem praepositiones ita differunt, cum dicit quis a theatro se venire, non ex ipso theatro: sed de loco qui est proximus theatro, se venire significat. Qui in uno ex theatro se venire dicit, ex ipso theatro significat.

Ad, & In, præfatis præpositionibus pares sunt, contra-
ria potestate: quia in forum ire, est in ipsum forum intra-
re: ad forum autem ire, ad locum foro proximum: ut in
tribunal, & ad tribunal venire, non unum est, quia ad tri-
bunal venit litigator: in tribunal verò prætor aut iudex.

Ancillor, blandior & adulator, unum significant, quod
est Græcè ἀναδολοῖα, & dativum casum trahunt.

Aufero, eximo, adimo, subtrahō, subduco: ex uno
Græco transferuntur, id est ἀφαιρώμαι.

Abdico, verbum potest accusativum nomen sive pro-
nomen cum dativo trahere. Ambrosius, Qui se abdicant
secularibus illecebris.

Alias nomen, dativum dupliciter efferet, & alij, &
alio, habes in sacra scriptura: Dico huic Vade, & vadit: &
alio Veni, & venit. Et rursus. Et uni dedit quinque ta-
lenta: alij autem duo, alij verò unum.

Ægyptum, cum in scriptura dividere vis, p sequenti syl-
labæ junges.

Aspectum, c sequenti syllabæ: affectum similiter, &
affictum, ceteraque hujuscemodi.

Afluere, & allumentum panni, per f, non per d scri-
bendum, similiter Allumere, per f.

Allevat, per l. Aggredior, per g.

Astarius, ab antiquis dicebatur: nunc ac dicitur, non
affis. Sanè affis genitivus est.

Allium, & dolium, per i scribendum, non per e, sicut
oleum. Virgilius allia, serpillum, per i dixit.

Ambo, & duo, neutraliter. ambo & duos masculinè.
Nonnulli tamen Græcos sequuti, dicunt hos duo, & hos
ambo: quia illis ἄμφο, & τὸς ἀμφο dicunt, Virgilius:
Verum ubi duobus acie revocaveris ambo.

Anguis, cum sit masculini generis, dixerunt tamen &
fœminino Ovidius, Varro & Acinius.

Acer, facit pluralem acris, acris, pluralem acres.

Abconditus, non absconditus.

Alter, de duobus: unus de pluribus. Quamvis legamus,
Vnus, ex duobus.

Audacter, Latinum est: sed audaciter, melius: quia no-
mina in x littera terminata, in adverbis citè assumunt: ut
atrox, acrociter: ferox, ferociter.

Accersit, qui vocat: arcessit, qui accusat:

Acervus, moles est.

Acerbus, immaturus aut asper.

Adficimur honore, &, adficimur injuria.

Apparet, qui videtur: apparet, qui obsequitur: non re-
gulari ratione, sed discernendi gratia intellectus.

Arbor, omne lignum dicitur. arbuta, non nisi fructi-
fera.

Avena, sterile germen: habenæ, retinacula jumentor-
rum. hoc, de habendi potestate: illud de occupandi avi-
ditate dictum.

Accidunt mala, contingunt bona, eveniunt utraque.

Advocatur, daturus patrocinium: evocatur, præbiturus
obsequium: in vocatur, præstaturus auxilium.

Adportare, est aliquid afferre: comportare, in unum lo-
cum conferre: deportare, deponere: exportare, tollere.

Agnoscamus, quæ nobis exciderant: cognoscimus, ig-
norata & invisâ.

Alium, & sursum & deorsum significat.

Aquatam potionem, rectè dicimus, quæ aquam aliunde
recipiat: aquosum autem, locum qui ex se aquam fundat.

Album, naturæ tantum est: candidum, frequenter &
studij: nam & corpori & animo aliquoties assignatur. al-
bos ergo capillos, carnem candidam, rectè dicimus.

Alvus virosum, rectè dicitur: uterus mulierum: ven-
ter, in utroque sexu.

Accipitor, & accipiter: Virgilius enim accipiter dicit.
Lucilius autem, Accipitoris & unguis.

Apud per d scribendum: caput per t, quia facit capitis,
Armarium, locus ubi quarumcumque artium instru-
menta ponuntur.

Armamentarium, ubi tantum tela armorum.

Accedit, per e, ab ambulando.

Accidit, per i, ab eventu.

Beelzebub, non belsebul, aut belsebud.

Belial, non Beliar.

Bytâ βύττα Græcè, Latine corium.

Bellus bellissimus, comparativum non habet: sed pro
eo dicendum magis bellus, & e contrario minus bellus, id
est, minus pulcher.

Buccinâ est, quæ signum dat buccinator.

Bucinus, ipse canor ex hac editus.

Buccina, pastoralis est, & cornu recurvo fit. undè &
νεπατινα Græcè vocatur. Tuba autem de ære vel argento
efficitur, & solennitatibus concrepat.

Baptismus, baptismi, genere masculino: &

Baptisma, baptismatis, neutro: &

Baptismum, baptismi, æque neutrum.

Barbam hominis, barbas pecudum dices.

Buxus, arbor est: buxum, materia ipsa.

Balneum, veteres dixerunt, sive balineum: nihil enim
differt, sed in privatis, publicis autem fœminini generis,
& quidem numero semper plurali,

Belua, id est fera, per b incipiant.

Barathrum, singulariter tantum effertur. Sic autem vo-
cabant gentiles locum apud interos.

Blanditiæ & bigæ, sicut & trigæ, & quadrigæ, plurali-
ter tantum effertur: sed in nostrorum literis scriptorum
& bigam invenimus, & quadrigam.

Cana, & Simon Canaanus per simplicem c.

Chanaan & mulier Chanaanæ aspiratione addita.

Κυνία, per y scripta, caninam muscam significat.

Κυνίον enim Græcè, canis dicitur:

κυνία per diphth. æ, communem muscam.

Κυνόβητιν Græcè, commune est: undè cœnobii à com-
munitate nomen accepit, quod in Exodo, & in Platerio
in primis translatum esse arbitramur, ut omnis generis
muscæ significaretur: sed similitudinem soni per incuriam
contigisse, ut cynomi pro cœnomia scriberetur.

Coitus, generaliter omnia coeuntia, sive itineris, sive
concordiæ, sive connubiorum.

Carduus, trium syllabarum est ut arduus, fatuus, mor-
tuus: ideoque similiter declinandum est, hujus cardui,
huic carduo, & hunc carduum, pluraliter, hi cardui, ho-
rum carduorum, his carduis.

Cubicularius, custos cubiculi.

Cubicularis verò, lectus cubiculo aptus: ut caligarius
artifex, caligarius clavus.

Clunes, fœmin. genere dixit Melissus: sed Verrius
Flaccus, masculino gen. dici probat.

Commodamus amico pro tempore equum, vestem,
servum, hanc ipsam rem quam decimus, recepturi. Mutuo
damus pecuniam, triticum, vinum, & his similia, quæ
mutata recipi necesse est.

Canities, non canitia dicenda.

Camara dicitur, ut Verrius Flac. affirmat: non camera,
per e. sed Lucret. cameris ex teretib. dicendo, etiam ca-
meram dici posse, ostendit.

Curriculus masculinè: diminutio est à curru,

Curriculum autem neutraliter, spatium ad currendum
aptum, vel ipsum currendi officium.

Clypeus masculino genere: in significatione scuti po-
nitur: neutrali autem, imaginem significat: sed autoritas
utrunque variat.

Casus masculini generis est: sed Pomponius neutra-
liter dixit, casum molle.

Cuspis, cuspidis: non cuspes,

Capparam fœminino genere dixit Varro: nam & Græ-
cè fœminino dicitur ἡ κἀμμαεῖς.

Cassidem dicimus nos ab eo, quod est hæc cassis: sed
multi cassidam dicunt, ut & Propertius: Aurea cui post-
quam nudavit cassida frontem. Et Virgilius: Aurea vati
cassida.

Capo nunc, sed Varro de Sermone Lat. ait: Ex gallo
gallinacio castrato fit capus.

Cingula hominum gen. neutri est: nam & animalium
genere fœmin. has cingulas dicimus.

Capax, qui facile capit: capabilis, qui facile capitur.
 Colloca, per l scribendum: non conlocas per n.
 Calumnia, est crimen falsum, cum nobis adversarius aut malum quod non fecimus, objicit: aut bonum quod fecisse probamur, in contrarium interpretari conatur.
 Consulo tibi, prospicio, provideo, ex uno graeco veniunt, quod est *σπρωία*.
 Contemno hostem: despicio, sperno, aspersion, ex uno Graeco veniunt, quod est *κατασπρωία*.
 Commeio lectum, & permeio, comminxi & perminxi, Comitor amicum, & amicus.
 Corinthium civem dicimus: Corinthiacum vas.
 Cominus gladiis pugnamus: eminuis jaculis: quia illud à manu rececit, hoc à manibus emittitur.
 Clypeus armorum: clypeum imaginis est.
 Cadit quis etiam in plano: decidit ex alto.
 Ceruleus naturæ color est: ceruleus fingitur. ita alterum est, alterum fit.
 Claritas tam luminis est, quam perspicuitatis: claritudo generis: prior itaque splendoris, posterior nobilitatis est.
 Cruciatu, est dolor corporis: vel cum homo ab altero cruciatur.
 Cruciamantum, quod cruciat.
 Cerno & cresco, in eundem perfectum cadunt, crevi.
 Cædo, cecidi per æ diphthongum, Cæditur & tilia ante jugo, Virgilius.
 Cedo, cessi, per c simplicem.
 Cupio, cupivi facit, & cupi. Cic pro Cluven. Et filium & hunc, cum maxime filium interfectum cupit: pro cupivit.
 Calumnior innocenti, non innocentem: tamen si quidam interpetum graecam locutionem secuti, accusativum posuerint. dicentes: Et orate pro persequentibus & calumniantibus vos.
 Cur adverb. sapius indicativum verbum trahit. Greg. Discutiendum est, cur quadam die factum aliquid coram Domino dicitur.
 Clavus similiter, quæ est purpurata vestis, & declinat in genere feminino.
 Callum quoque & cœnum, sing. numeri sunt.
 Cani, Cancelli & casses, singularem numerum non habent.
 Casses autem retia dicuntur.
 Caulæ, similiter cerimonie.
 Cunnæ & compedes: & in neutro genere, castra, cibaria, crepundia, cunabula.
 Cruor, plurale non habet. Virg. plurali cruores atque artos significabat.
 Contagium, & contagia, neutro genere sunt dicenda: & hæc contagia, feminino.
 Comœdia, carmina, quæ in conviviis canuntur: quia messatio Græcè *κωμῆς*, dicitur.
καρπάλαι: Græcè, Latine siccella.
 Calamus Græcè, Latine harundo.
 Canon Græcè, Latine regula.
 Cados Græcè: Latine situla.
 Cunabula, sunt panni infantia: sed Io. Constantinopolitanus episcopus scribit Lazarum in monumento cunabulis involutum.
 Cantator & cantatrix, à verbo canto. A verbo cano, rectè dicitur cantor atque cantrix.
 Comburo, per m scribendum, non per n.
 Compara similiter & compono, cæteraque hujusmodi.
 Conspectus, cum dividendum est, c sequenti syllaba junges.
 Complacéo, non conplacéo: commoratus, non conmoratus. Comprehendo, per m.
 Camelus, per unum l scribendum.
 Commodat, & commendat per m.
 Computrescit, per m. Complures, per m.
 Columna, cum in scripto dividenda est, in sequenti syllaba necis. Calumnia similiter.
 Celo, celas, id est, abscondo, per simplicem c scribendum.

Cælo, celas, cum picturam significat, per diphthongum æ scribendum. Undè cælum melius intelligitur dictum, ab eo quod cælati inslar, multifaria sit fidezum varietate depictum: quàm quod invisibilia & incerta mortali bus celet arcana.
 Cantharus, animal est:
 Cantharum, camera, domus.
 Clamo, clamoris, simplicis est:
 Conclamo, simul cum multis est: etiam acclamo, murmurandi est, Proclamo, laudandi vel deprecandi exultatio. Declamo, rhetorizandi. Exclamo, quando pro viribus vocem elevo.
 Curro, hoc tantum significat, quod in itinere positus, nullam facio comperendinationem.
 Curso autem, paulo citius, aliqua necessitate extorquente festinare cogor: cursito verò, quando hostem me infrequentem fugio.
 Circa, ad visibilem materiam, vel locum pertinet, Erga autem, ad animum spectat: maxime cum aliquem propensorem affectum gerat.
 Circum, ad tempus refertur. Circiter, ad numerum.
 Carcer, ubi homines coercentur: singulariter.
 Carceres, unde curtus effunditur: utrumq; masculinè.
 Cepit, de capiendo scribimus.
 Cæpit, de incipiendo.
 Cæpit, per diphth. Incepta per simplicem e.
 Columba, quæ mansuescere possunt, & domibus assuescere. Palumbes, feræ, & saxis sylvisque inhabitantes.
 Conscribere, est multa simul scribere. ex scribere, quod aliis sit, transferre. Transcribere, cum jus nostrum in alium transit. Inscribere, accusationis est: Describere, dictionis vel ordinationis.
 Consuëscimus bona: insuëscimus mala: adsuëscimus utraque.
 Grassari, corporis est & sagina: Grassari, animi & crudelitatis.

Diluit unguento; non delibuit.
 Desertus, orator est: desertus, derelictus.
 Delator, qui desert ad accusandum:
 Dilator, qui differt ad proferendum.
 Deluit, purgat; diluit, temperat.
 Deduco, de amico producendo:
 Diduco autem, est distraho.
 Dimidiatum calicem bibi: non dimidium, dicere debemus: non enim ipsum vas bibis, sed quod intra vas est.
 Donamus & illi quod damus, & illum cui damus.
 Delictum, peccatum aliquod dicitur.
 Delectum, militie, aut alicujus examinis electionem appellamus, nam & diligi, affectionis est: delegi, iudicii.
 Dæmon per diph. notandus: Deus, per e solum.
 Damnatus & addictus, & absolutus. Virg. Quem damnat labor, id est, virtus sua absolvat, aut victorem faciat.
 Dolium, per i scribendum: non doleum. per e.
 Dilectio & diligo, per i: & quæ declinantur ex eis, per e scribenda.
 Domuncula, conclavium domus: domicilium, nidum avis:
 Descendo montes, dicere potest, id est, per montes, vel in montes.
 Descendo scælas, aut piscinam: id est, per scælas, & per piscinam.
 Degredior monte, dicimus rectè: & significamus de monte.
 Dilerucior & crucior animi, & animo, & animum.
 Decus, honoris: decor, formæ est.
 Delicia & divitiæ, non habent numerum singularem.
 Denarius, Latine masculini generis est:
 Denarion, Græcè neutri.
 Dialogus Græcè, disputatio Latine.
 Drama Græcè, neutri gen. Latine fabula.
 Defunctus, cum scripto dividitur, c sequenti syllabæ jungenda.

Didymus, id est, geminus, prima syllaba per i, secunda per y scribenda.

Deliramentum, non deleramentum: quia à verbo liro, id est, sulco, originem trahit. & sicut boves, cum à recto sulcandi actu declinant, delirare dicuntur: sic & homines, qui de bonis ad mala, corda divertunt.

Dilaculum, non deluculum: quia modicam diei lucem ostendit.

Desiderium, est rerum absentium, & nondum adeptarum: concupiscentia, utrorumque. Concupiscuntur enim, quæ habentur, & quæ non habentur, nam concupiscendo fruitor homo rebus, quas habet: desiderando autem, absentia concupiscit.

Dito, divito, id est locupletio: Græcè ἀλιτιζω.
Decorio, decoriavi: & decumo, decumavi, unum est Græcè δεκατώ.

Dimittere, est derelinquere.

Demittere, est deorsum mittere. velut: Quis demisit lapidem angularem ejus?

Dominaior tui, & dominor tibi.

Dogmata Græcè, Latine decreta.

Dogmatizo, decerno, sive censo.

Dum, conjunctio, aliquando indicativum verbum trahit. Greg. Nescientia dum novit, & non diligit, inflet. Item: Dum intuetur, quod illa aliquando non habuit, temperet dolorem, quod quom sit.

Doleo vicem tui, & tuam, & doleo tibi. Greg. papa de Benedicto patre, cum persecutorem suum amaret, magis illi, quam sibi doluit.

Dum conjunctio aliquando modum conjunctivum, aliquando trahit indicativum: ut, Dum anxietetur cor meum: & Dum dicitur mihi quotidie, ubi est Deus tuus? & beatus Papa Gregorius: Amici ergo beati Job, dum percussionum genera distinguere nesciunt, percussum pro culpa crediderunt. Item aliquoties dum, ut significat, ut Poeta.

Tityre, dum redeo, brevis est via, pascite capellas.

Desperatus, per e scribendum: dispersus per i.

Discedo per i, descendendo pere.

Diaholo Græcè, Latine interdium. Est autem nota ad pedem litera posita, quæ malè conjuncta separet, ne puer legens erret: ut,

Libera per vitreos movit vestigia campos.

Domus, ablativum casum dupliciter effert: & in o videlicet, & in u, sed à domo, genitivus pluralis sit domorum: à domu, domuum.

Geo vidus & victum & victu.

Eripio flammæ hominem.

Egredior domo & civitate.

Error, est rei vitium: ut, amor, dolor.

Erratio, certæ viæ.

Erratrix, personam respicit: ut Venatrix erraticæ hederæ vitij.

Eloquentia & elegantia, singularia semper.

Exuvia, exequia, excubia, quæ Græcè ἐκβολὰ ἀναδύα di-

cutur.

Exta quoque tantum pluralia.

Emporia, fœm. gen. & est Græcum, Latine mercatus,

Emolumentum, per e simplicem scribendum.

Emulatio, per æ diphthongum.

Equo sedeo, dativo casu & ablat. sine præpositione dicendum: & equum sedeo, accusativo: & in equo, & super equum similiter.

Emanat fons sive terra aquam, id est, gignit ac producit: & emanat aqua de fonte sive de terra: id est profluit. Greg. Qui locus à Romana urbe quadraginta ferme miliaribus distans, frigidus ac perspicuus emanat aquas, Et iterum de eodè sepulchro: Illius flagrantia suavitatis emanavit.

Exprobrat, quæ commemorat quæ præstitit. Obprobrat, qui obprobrium objectat: hoc est vitium.

Expectatur venturus: spectatur, qui videtur, vel probatur.

Exercitus laboribus: exercitatus studijs.

Extruere, est in altum struere. Instruere aciem vel actio-

nem: adstruere, adfirmare: construere, instruendo continere: substruere, realiqua supra posita substruere.

Excubia, per b: exuvia per u scribenda.

Eorundem & earundem, per n. non per m.

Embria genere fœm. & fimbrium dicitur neutro.

Fides, fidei, de credulitate,

Fides, fidei, de chorda, utraque est longa.

Flemina sunt, ubi abundant crura sanguine.

Flemina, cum in manibus vel pedibus, callosi sulci sunt.

Faltus, de superbia, facit faltum, genit. pluralem.

Faltos, de libris, facit faltorum.

Fungi, agere est: defungi, peragere.

Fremor, est murmur hominum: fremitus, ferarum.

Flavum, dicimus rubeum: sicut, flava Ceres.

Furvum, nigrum: fulvum, nigro rubeum: sicut fulvum

leonem dicimus, fulvam aquilam, & fulvum aurum, &

fulva pugna: se de nube tumentem, quæ haberet igneam aliquid de cœlesti, & sordidum de lugubri.

Fulvum ceræ aurum, cui ad decorem splendoris sui,

nigelli aliquid addatur.

Forum, neutro genere, dicimus locum rebus agendis

destinatum: vel cum commercium significamus.

Foros, masculinè, tabulata navium, ubi remiges sedet.

Fornax, genere feminino dici debet: quia per diminut.

facit formula, non fornaculus.

Phalanx, militum dicitur,

Phalanga, fustis, cui quid deligatur.

Fœdus, quod est deformis, per e solum scribendum.

Fœdus, quod est pactum, cum æ diphthongo.

Formosus, sine n, sicut speciosus.

Fructum eum dicis, sive scribis, secundæ syllabæ jūges.

Factum & factum, similiter, & cetera hujusmodi.

Falso, & nomen, & verbum, & adverbium est. Nomen,

ablativi casus, ab hoc falso: verbum primæ conjugationis.

Falso, falsas: adverbium, ut falso loqueris.

Flagitia, quæ in Dominum peccamus: facinora, quæ in

hominem.

Flagro amote, & ardeo amore, ex uno Græco venit,

ἡμίστομα.

Fidens sum animi, & animo.

Fidus, amicus erit: fidelem, famulum dicitur. Item, fidelis sit, ut domino servus.

Fidus, natura. ita alter tempore cognoscitur, alter semper invenitur.

Fimus & fumus, pluralem numerum non habent.

Fames, similiter.

Fœnum & fœl: fur, fures, & fœni, masculina semper

pluralia: sed & fœna & fœnum invenimus.

Far, frumentum, & cetera frugum nomina, semper singularia: quamvis frumenta & hordea legamus.

Fauces, singularè non habent, quavis & faux invenimur.

Fidus, fidissimus, comparativum non habent, sed pro eo dicendum, magis fidus: itemq; e contrario, minus fidus.

Facilis, facillimus, non facillissimus: sic & difficillimus, & in adverbis facile, facillimè, difficile, difficiliter: nec dicimus facilliter, aut difficiliter, tamen veteres dixerunt.

Fulgeo & fulcio, eundem habent perfectum, fulsi,

Frico, fricas, fricui. Frigo, frigus, frixi.

Facinus & facinora, non solum peccata, sed aliquando etiam bona opera designat, nomen à faciendo figuratum.

Fratres, dicuntur non solum mares ex eisdem parentibus nati: sed etiam masculi & feminae, sive plures utriusque sexus, eodem patre, & eadem matre generati, fratres promiscuè vocantur.

Uba dicendum, non gyla: quia y literam nulla vox

nostra adsciscit.

Gobius, piscis: nonnunquam legitur gobio.

Gaudium, animi lætitia: exultatio etiam verborum,

atque membrorum.

Gremium, dicimus interius, ac cinctæ vestis secretum:

sinum exterius, sinuata vestis receptaculum.

Gluten, neutri generis, glutinis, glutini. sed & glutinum Salust dicit, glutini, glutino.

Gith, monopoton, & pluralem numerum non habet, est autem neutri generis, & per omnes casus declinatur. Gracilis, gracillimus, non gracillissimus. Gaudeo, gaudes, perfect. habet gavisus sum.

Hilarus, facit pluralem hilari.

Hilaris, pluraliter hilares.

Hospes, & qui recipit, & qui recipitur.

Horrendum dicimus & depicabile aliquid & admirandum : ut

Oculos horrenda in virgine fixos.

Herbidum locum dicimus, in quo herba est, etiam si aridus esse consuevit.

Herbosum, qui herbam facile generat, est ad tempus aridus sit.

Haurio & haultus, per aspirationem scribenda.

Harenam similiter, quia ab harendo, vel ab hauriendo aquam dicta est.

Hebescit, qui à natura usu tepescit : hebetescit, qui amittit aciem.

Hi, pronomen plurale, per unum i scribendum. His, similiter per unum i.

Holocautoma, num, sing. holocaustomata, plurali.

Hamo, hamas, & nomen hamus cum aspiratione scribenda. sic & humo, perfect. humavi.

Herbescit ager, cum herbam generat, sicut adolescit & pubescit, cum spica proximatur.

Humilis, e contrariis superbo dicitur, & est virtus animi, & contrarius sublimi, quod est conditionis. Sed & locus humilior, qui inferius jacet, solet appellari humiliatus: etiam in pressuris, afflictus appellatur.

In tempesta nox, est media nox, quando quiescendum est. hinc utique dicta, quia inopportuna est actioni vigilantium. Tempestivum enim veteres dixerunt opportunum & inopportunum, inopportunum, ducto à tempore vocabulo, non à perturbatione aeris, quæ consuevit tempestas vocatur. Quamquam isto verbo licenter utantur historici, ut dicant ea tempestare, quod voluit eo tempore intelligi.

Immaturitas, nocturnum tempus est, quod non est maturum, i. e. opportunum, ut agatur aliquid vigilando, quo etiam vulgo dicitur hora importuna: Græcè ἀσπία. Præveni in immaturitate: ἐν ἀσπία. Nihil verò interest ad sententiam, utrum in maturitate, an in immaturitate dicatur, quomodo nihil distat, utrum quis dicat, egisse se aliquid galli cantu, an in galli cantu.

Juventus & senectus, plur. num. insectantur,

Juvenis & juvenior, non recipiunt superlativum: sicut nec senex, nec senior. Solent autem junior & senior ad se invicem dici, minor & major: etiam neuter ipsorum senili accessit, aut propinquavit ætati. Ambrosius: Juvenior est herbis sol, junior sæno.

Interior & intimus, non habet positivum gradum.

Inferior & intimus, similiter.

Ipsum, neutro genere dicendum, non ipsud, ut illud & istud: quemadmodum veteres nominativum masculinum non ipse dicebant, sed ipsus.

Impingo, facit perfectum impinxi, & impegi.

Immunes periculi, & immunes à periculo.

Indigus & prodigus, per unum u scribenda.

Indiga & prodiga, sine u August. Avaritia pecuniam congregat, luxuria spargit: ista indiga est, illa prodiga.

Incredibile, quod credi non potest.

Incredulus, qui credere non vult.

In, præpositio, significat modò id quod & valde adverb. & vim verbi, cui præponitur auget: ut, increpuit, insonuit, infregit. modò quod non: ut, invalidus, infirmus. modò ponitur pro eo quod est inter: ut, Benedicta tu in mulieribus, modò pro adversus: ut, duo in tres, & tres in duos dividitur, modò pro spatio temporali, cum significat usque: ut dicimus, à mane in noctem: & volumus intelligi usque in noctem.

Interest & refert, producta re, unum idemque significant, quod græcè dicitur ὀφείδω, dicimusque ita: interest

mea, & refert mea: interest ejus, & refert illius: interest & refert nostra, interest & refert illorum.

Impleo vini & vino. Intueor te, & in te.

Incurro te, & in te. Incurri & incurri.

Invideo divitem. invideo ei & pulchritudinem.

Iratus, ex offensa est: iracundus, natura. itaque ira repentino motu nascitur.

Iracundia, perpes vitium est.

Ignis, ablativum & in e & in i mittit.

Juga montium, pluralia semper: jugum enim est iumentorum. Sed Virg. Hoc superare jugum.

Intestina & incunabula, pluraliter tantum.

Jocum, singulariter neutrale: pluraliter hi joci, & hæc joca.

Instar illius rei, dicere debemus: non ad instar.

Illuvies, fordium est: ingluvies ventris, illud à non lavando, hoc ab ingluendo dictum.

Juventus, multi juvenes dicuntur: juvenas, unius hominis ætas: Juventa, ipsa dea (ut Græci dicunt, aut poeta) Junonis filia, uxor Herculis, à qua Junium mensē appellatum, in libris Faكتورum legimus.

Inlita, arbor est, cui incitæ alienum germen includitur. Adlita, cui incolam, aliud quod sustineat, adjungitur.

Invideo tibi, divitijs, non divitiis.

Inermis, facit pluraliter inermi: inermis, pluraliter inermes.

Illius similis, ad mores refertur: illi similis ad vultum.

Invidus, qui invidet: invidiosus, qui sustinet.

Idem, correptè neutrum: idem, productè masculinum in utroque numero.

Interpretor, & quæ derivantur, sive declinantur ab eo, per simplicem e scribenda.

Imberbi dicuntur, non imberbes: sic etenim Varro: Imberbi juvenes, sed & Cic. imberbum perduxit, non imberbem. Titus Livius autem imberbis singulariter.

Imputribile, per m scribendum, non per n. Impono & immitto similiter, & hujusmodi similia.

Irriquo, non irriquo. Impleo, non impleo.

Immundus, non inmundus.

Inquilini, non habentes propriam domum.

Incolæ, sive advenæ, utique ex uno græco verbo, quod est ἰσχυροῦς, in sacris literis interpretata habemus. ex his derivantur nomina, incolatus & inquilinatus. Trahit autè inquilinus, sicut & peregrinus, nonnunquam nomen dativi casus: ut August. de reprobis: Sunt autem & ipsi peregrini & inquilini huic terræ, sed non de populo Dei.

Imponere, est rem aliquam sive corporalem, seu incorporalem alteri rei superponere, sed imponere, pro fraudem facere, aliquando dicitur. unde impostura vocatur, cum argentum vel aurum viliori metallo adulteratur: & qui hoc facit, impostor vocatur, unde etiam vulgò, qui aliquid fraudis facit aut simulationis, impostor solet appellari. Gregorius Papa: Caput illum simulatorem, & verbo rustico, impostorem clamare. Vnde habes in sacra Scriptura: Quare imposuisti mihi? nonne pro Rachel servivi tibi? Et in Reg. Quare imposuisti mihi? tu es enim Saul, hoc est, quare me in simulatione decipere, & fraudem facere voluisti. & August. Et ideo sibi miser imponit: sibi enim fraudem facit, qui perdit meliora, amando peiora.

Largè & largiter, Julius Modestus utrunque rectè dicitur: sed largè esse qualitatis, largiter quantitatis.

Libidinosus, à libidine, per b.

Lividus, à livore per u proferendus.

Larba, per b.

Ludificor stultum, & deludor: quia venit ex uno Græco ὀδινίζω. Præteriti perfecti, ludificatus sum. Veteres verò ludificavi dixerunt.

Labium, superius dicitur: labrum inferius, & tostium, non nisi quod incurvum est.

Latè & absconsium esse aliquid dicimus, & latè patè, Virg. & scuta latentia condunt.

Lepus, animal est: lepòs, jucunditas, voluptas: unde & gratum aliquid, lepidum dicimus.

Limen, adium est, limes regionum.

Largitas, humanitas est: largitio, ambitionis.

Ligat quis vinculo: legat testamento.

Loqui, hominis est: obloqui, obrectatoris, sicut obicit, opponit: alloqui, persuadentis hortantisque vel jubentis: eloqui, oratoris.

Laurentius, Caelius, & talia plura, quæ nominativum casum in ius habent, genitivum sing. numeri in ij duplicem mittunt, vocativum singularem in simplicem: ut hic Laurentius, Caelius: hujus Laurentij, Cælij: ð Laurenti, Cæli. sic & filius, hujus filij, ð fili: aut certè vocativum in ieu: ut hic impius, hujus impij, ð impie. Norandum sanè in Actibus Apostolorum, ubi Cornelius vidit Angelum Dei introeuntem ad se, & dicentem sibi: Cornelie. hinc vocativus rectè per simplicem i profertur: in Græco autem per ie, Cornelie, scriptum est.

Limus, lux, labes, latum, pluralem numerum non habent.

Liberi, quando filios significat, & latebræ, singularem non habent.

Lac, liquamen, lenticula, lens, sing. semper.

Locus, singulariter masculinum: pluraliter hæc loca.

Luter Græcum λυτῆρ, masculini generis, Latine labrum.

Luceo & lugeo, in eundem perfectum deveniunt, luxi.

Libero te periculo, libero à molestia.

Lino, facit præteritum lini & linivi.

Margarita, feminino genere, & margaritum, neutro dicendum. In Proverbijs: Inauris aurea, & margaritum fulgens.

Malogranatum, & malum granatum consuetè dicimus, & utroque modo declinantur. hoc modo: malogranatum, hujus malogranati, & hæc malogranata, horum malogranatorum, his malogranatis, & c. & rursum: hoc malogranatum, hujus malogranati, & hæc malagranata, horum malorum granatorum, & c.

Miseret me senis, misereor senis, misereor senem: miserus pauperis, per genitivum: miseratus pauperem, per accusativum.

Misereor autem, compator significat, denique Græcè dicitur συμπαροῦ.

Mereo honorem, & mereor: & miles meret stipendium.

Memini, & memor sum honoris, & honorem.

Maritima, sunt loca mari vicina, marina, navis vel bella, Metro cui, & tuo.

Materies artificiorum: materia consiliorum. Alij contra referunt materiem esse animi, materiam arboris: materiem, qualitatem ingenij, materiam fabris aptam.

Mas, in positione: masculus in deminutione, non masculus, ut quidam.

Muscus, herba quæ in parietibus, vel in corticibus arborum hæret, singulariter tantum effertur: memoria, malicia, murmur similiter.

Minæ, manubiz, menia, mapalia, quæ sunt casæ Afro- rum, pluralia semper.

Mare pluralem numerum non habet, nisi tantum maria.

Mel & mulsum, & muria, id est μέλι, & cætera liquida preciosa, tantum singularia: quamvis mella & vina legamus.

Maturè, maturius, maturissimè dicendum, invenimus apud auctores etiam maturimè dictum.

Munio, munis, perfectè, facit munij & muni vi.

Memini, meministi, meministi: meminimus, meministis, meminere, & præteriti tempore, & præterito imperfectè, uno eodemque modo declinatur; ideo corruptum si ve defectivum vocatur.

Mulceo & mulgeo, in unum perfectum perveniunt mulsè.

Majestas cum scribis vel dicis, s sequenti syllabæ complicari debet. sic in similibus.

Miramur opera, admiramur virtutes.

Minores esse res aliquas aut homines dicimus.

Minoris emptu aut ælimatu quippiam, rectè scribimus.

Memini me facere dicendum, non fecisse: nam memini, sermo est totus præteriti temporis, qui antea factam rem in præsens revocat: & si dixeris, Memini me fecisse: duo præterita simul jungis. Verg. uno tantum loco: Nanque sub Æoliz memini me turibus altis Corycium vidisse senem. quod poetæ pro necessitate metri usurpare licuit.

Meracam potionem dicimus, quæ merum aliunde recepit: mero sum autem vinum appellamus.

Muliebre, dicitur à muliere aliquid factum: muliebratum, per mulieres ordinatum, & per viros gestum.

Merula, non merulus dicendum.

Matthæus & Matthias per duo t scribenda: quia Græci per τ & θ scribunt.

Mæstum animo, tristem aspectu dicimus.

Malus, navis, masculinum:

Malus arbor frugifera, femininum est.

Mendum neutraliter Varro in admirandis dixit, magnum mendum: sed Ovid, femininè: Nocte latent mendæ. Item, Eximer ipse dies omnes è corpore mendas. Ergo mendum in mendacij significatione dicitur: menda, in culpa operis vel corporis.

Munificus, est tanquam beneficus & maleficus: munifex autem tanquam opifex & artifex, itaque munificus munera largitur: munifex autem munere fungitur.

Morticina, non dicuntur nisi mortuorum: mortalia verò, etiam viventium corporum nomen est.

Nimis, dicitur quicquid plus fuerit quàm oportet. nam parum est, quod minus est quàm oportet: & horum in medio modus est, quod dicitur, Satis est. Cum itaque utile sit in vita & moribus, ut amplius quàm oportet, nihil omninò faciamus: profectò veram esse sententiam. Ne quid nimis, fateri potius quàm negare debemus. Sed aliquando Latina lingua hoc verbo sic abutimur, ut nimis pro eo quod est valde, & positum inveniamus in litteris sacris, & ponamus in sermonibus nostris. nam & in Psalmo: Tu præcepisti mandata tua custodire nimis: non nisi valde intelligimus si rectè intelligimus. Et nimis te diligo, si alicubi charissimo dicimus, non utique plus quàm oportet, sed valde nos diligere intelligi volumus. Denique illa Græca sententia, Ne quid nimis, non habet verbum hoc quod hic legitur. ibi enim est ἄγαν, quod est nimis: hic autem σφόδρα, quod est valde. Sed aliquando, ut diximus, pro eo quod est valde, & dictum invenimus, & dicimus, unde etiam nonnulli Latini codices non habent: Tu præcepisti mandata tua custodire.

Noceo, obsum, incommodo, malefacio, officio, in una significatione ponuntur, quod Græcè dicitur βλάπτω: & cuncta dativum contrahunt.

Nullus est tam in re, quàm in persona:

Nemo in persona dicitur: ut ne homo,

Natales, id est, nobilitates.

Nuptiæ, nonæ, nares, nundinæ, nugæ, neniz, pluralia tantum: & nar invenimus: nenias autem dicunt epitaphia, id est, carmina, quæ in memoriam mortuorum in tumbis scribuntur.

Nequam & nugas, omnis generis & numeri sunt, & per omnes casus currunt, semper æqualiter dicta: quamvis August. dicat, nugæ, nugarum, nugis. ferunt autem, quia nugas Hebræus sermo sit, & idem apud eos, quod apud nos significat: id est, levis & præventis homines.

Novi, novi, novit: novimus, novistis, noverrunt sic declinantur præteriti, & præterito perfecti: cui similia sunt, odi & memini.

Noceor, noceris, rectè dicitur: quamvis aliqui grammaticorum asseverent, non debere dici noceor; sed noceor mihi. neque enim Hieronym. grammaticorum regulam ignorabat, qui in propheta Abacuc, ita transferre non timuit: Et non salvabis, dum noceor.

Necto, nexi præterito.

Noctu, temporis est adverb. nocte, nomen est.
 Nubunt feminae: vir enim ducit, mulier nubit: quia pallio obnubit caput genaesque.
 Nongentos, non nungentos: ab novem.
 Nequam, non malum significat, sed inutilem.
 Nubo, nupsi. Nuptiae, cum vocalis sequitur, b debet esse: quum consonans, p.
 Nascitur, quod utero decidit: enascitur quod de terra ac de aqua exurgit.
 Nihil, adverb. est: nihili nomen, homo enim nullius momenti dicitur.
 Navis, unius ratis nomen est: navigium, omnis classis profectio.
 Naucerus, omnis consortij, navalis exercitus navigator, ipse primarius profectio: nauta vero, omnis qui laborem facit navigandi.
 Navis, ablativum per e, & per i effert.

Organum, unius musici proprie nomen est: sed generaliter omnia musicorum vasa organa possunt dici, Joannes Constantinopolitanus Episcopus: In salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra. idem citharam, psalterium, lyram, &c.
 Organarius autem est, qui utitur organo.
 Obriza, obriza, generis feminini: & obrizum, obrizi neutri.
 Origo, originis initium est.
 Origo, originis, neutrum est, & est velum navis: in plurali numero origona.
 Obtineo laudem, & impetror, ex uno Graeco venit *ἐπιτιμω*.
 Objurgo, increpo, corripio, ex uno Graeco transferuntur *ἐπιτιμω*.
 Homilia Graecum est, Latine sermo vel colloquium.
 Otium & silentium, ex uno Graeco, id est, *ἠσυχία*.
 Ordibo & ordiar telam, utroque modo dixerunt.
 Ostraea, femin. genere: non ostrum neutrali.
 Ocimum consuetudo neutraliter dicit: sed Aemilius Macer ait:
 Inter praeteritas numerabitur ocimus herbas.
 Ordior hanc rem, & ingredior, & incipio, ex uno Graeco venit *ἀρχομαι*.
 Onus jumentorum: sarcina est hominum.
 Optimates, qui Graece dicuntur *ἀριστοκραται*, pluraliter solum profertur.
 Oblitus nostri, non nos: veteres tamen & hoc modo dixerunt.
 Oliva, arbor est: olea, fructus: oleum, liquor.
 Odi, odisti, odit: odimus, odistis, oderunt, & praesenti perfecto, & praeterito perfecto tempore sic declinatur: id eo defectivum dicitur.

Petra, & Graecum & Latinum nomen est, unum idemque in utraque lingua significans: unde & Petri Apostoli nomen, in utraque lingua eandem invidiam fidei significantiam a petra derivatam continet.
 Platea, similiter in utraque lingua unum idemque significans: sed ut etymologia ratio probat, a Graeca origine nomen tractum, atque a latitudine derivatum est: quoniam Graece *πλατεία* dicitur latum.
 Pro, praepositio, significat ante: ut, Soli pro portis Mellapus, & acer Atinas.
 Sustinant aciem.
 Ponitur & pro praepositione in: ut dicimus, pro sostris, pro tribunali: & pro eo quod est *πρὸς* apud Graecos, Pro dulci Afcanio veniat, & pro eo quod est *πρὸς*: ut, Unum illud tibi, nate dea, proque omnibus unum Praedicam.
 Pudet me amoris. Pœnitet me muneris.
 Piget me profectio.
 Pariens sum laboris.
 Pertaxum est me injuria.
 Plenus sum bonorum, & bonis.
 Praeco illi.

Palpor, & palpo equo.
 Praecuro praetori.
 Procuo pupillo, & cuo pupillum.
 Potior fructus, & fructu dicitur, apud antiquos potior hanc rem.
 Præda victos spoliat. Rapina subito venit.
 Pax singulariter solum effertur. Salustius.
 Paces retulit: judicia, bella atque paces.
 Profapia, id est, ingenuitas, quæ Graecè vocatur *δουλο-
νία* singulari tantum numero gaudet.
 Pelagus similiter.
 Pugillares, proceres, primores, posteri, pluralia tantum: sed nostri autores pugillarem singulariter dixerunt, sic & in genere feminino.
 Plagas, id est, retes, & Primitia, & in neutro.
 Praecordia, palaria, cum milites ad palos exercentur.
 Procastra, quæ ante castra sunt.
 Portum, sing. neutrale: pluraliter hi porri.
 Proverbium, Latine *παροιμία*, generis feminini, inde nomen apud Septuaginta interpretes libri Salomonis, *παροιμία*.
 Pius, & pius, comparativum gradum non recipiunt.
 Potior & potissimus, positivum non habet.
 Proprius, non habet comparativum, aut superlativum; sed pro his magis proprius, & maxime proprius, sic e contrario, minus & minime.
 Paveo & pascio, in eundem concurrunt perfectum, pavi.
 Pendeo, pendes, pependi. sin autem habuerit praepositionem, non sic declinatur: sed suspendo, suspendis, suspendi.
 Passim, ubique significat: ex uno enim Graeco declinatur, quod est *πανταχῆς*.
 Perinde, aequaliter: ex uno Graeco *ὅμοιος*.
 Pello, pelli, & pepuli: depello, depuli.
 Peto, petivi, & petii.
 Prospiciens periculi, vice nominis ponitur participii: & prospiciens periculum.
 Perendie dicitur, sicut hodie vel cras.
 Perendinus dies, sicut hodiernus, hesternus, crastinus.
 Potamus eum cui potum porrigimus: & potamus vinum, quod bibimus.
 Primitia tantum pluraliter.
 Probo verbum, duplicem significat. habet. Probamus enim quod eligimus: idem approbamus.
 Probamus autem, quæ qualia sint, tentavimus: ut, Proba me Dots, & scito cor meum.
 Pecto caput, non pectino: pectum, non pectinatum: pexi memet, & pectam cras.
 Praelagio, praesagis, praesagium.
 Pauperies damnus est: paupertas, ipsa conditio.
 Patrium dicimus a patria: paternum a patre.
 Pinna murorum: pennas avium dicimus.
 Pecus, omne animal, excepto homine, vocandum est.
 Polenta, non pulenta dicendum est: eo quod ad usus hominum poliat.
 Proemium cum diphthongo.
 Pretium, premo, precor, per simplicem e.
 Prehendo quoque & interpretor.
 Precari, est rogare: deprecari, excusare, vel purgare.
 Virgilius: Equidem merui, nec deprecor, inquit.
 Pluris dicimus, quod majore summa taxatur.
 Plures de multitudine, Plures comparativi gradus est, cujus positivum multi.
 Poculum, vas est: potio, quod hauritur.
 Pignera, pignora filiorum & affectionum.
 Procul, & longè dicitur, & prope: Clypeo excussa sagitta, proculque Autorem egregium.
 Pertinacia, mala rei perseverantia dicitur: constantia, bona.
 Percussum corpore dicimus: percussum animo.
 Periculum ad discrimen pertinet: periculum ad experimentum.

Postulatur aliquid honestè: posticitur improbè. Cic. in Fin. Incipiunt postulare, postcere, minari.

Pubes cum in juventutis significatione & lanuginis, & partis in qua pubertas est, ponitur: hujus pubis facit: at cum ætatem significat, hujus puberis: nec tamen adjecta præpositione dicimus impuberis, sed impubis. Comitemque impubis Julii, Virgilius dixit. Sed Cicero ait: Filiumque ejus impuberem.

Pulmentarium & pulmentum dicitur: nam Cato in Originum tertio libro, laferpitium pro pulmentario habet: idem, multo pulmento uli.

Podagrosus, à podagra dicitur: sed & podagricus, à pedum ægrotatione.

Pugillares & masculino genere, & semper pluraliter dicat: quia pugillus est, qui plures tabulas continet. Item Laberius in Piscatore, singulariter hoc pugillar dixit.

Pavus, pavi: & pavo, pavonis.

Pannicula, *πανοπλον* primus est. Lucilius: Foris subtegminis pannus est.

Patropides, feminino genere dicuntur, à pulmentario videlicet, quod *πάσιον* vocant.

Palumbes, Virgilius feminino genere, dixit. Aeris quo concessere palumbes. sed Lucilius masculino, Macroque palumbes. Varro autem in Scauro palumbi dicit, quod consuetudo quoque usurpavit.

Pometa dicimus, ubi poma nascuntur: ut oliveta.

Pomaria autem, ubi servantur.

Penè, quod est conjunctio per e.

Pena, quæ est supplicium per e: similiter & Penus, id est Afer.

Pregnantem cum scripto dividis, g secundæ syllabæ nechtis: pignus & pugna similiter & cætera hujusmodi.

Propter, in divisione scribendi, p secundæ syllabæ jungis: prosperè, s. secundæ.

Partio, prædo, populo, activo genere nonnunquam proferuntur: item hæc ipsa communis generis verbo sapius inveniuntur, partior, populo, prædor.

Pono simpliciter aliquid statuens: dispono aliquid operis impensis vel consilij facturus. Est etiam disponere fœderis inaudi.

Propono, nonnunquam ad interrogandam quæstionem. Appono adjectionis est: impono, inaudi: superpono, aliquem censum vel laborem unicuique indicens.

Præpono, aliquid præferens: sic & antepono.

Postpono, aliquid inferius indicans: compono, ornandi, aut eloqui, aut artificii est: sepono, separandi: suppono, aliquid subitus inducens: depono, labefactandi est, vel vita excedendi.

Peregrinus, nomen sæpè socium & conjunctum sibi nomen aliud dativi casus, ut sancti dicuntur peregrini huic sæculo.

Præstolari, non præstulari: quia venit à verbo præstosum.

Pappis, accusativum casum in em, & in im mittit: ablativum in e & in i.

Pallo, perfectum facit p'allui.

Potior, potius sum: & perfrutor, perfructus sum, ex uno Græco veniunt, quod est *δραβω*.

Pascuas genere feminino: & pascua neutro pluraliter dicimus.

Primitiæ, numero tantum plurali dicuntur, sed aliquoties singulari intelligendæ, sicut in Apostolo: Primitiæ Christus.

Quod, & Quia, & Quare, & Quare, verbis subjuncta, aliquando indicativum verbum trahunt, aliquando conjunctivum. Gregorius, Noverat, quia sine culpa esse vix possent. & rursum: Noverat, quia diluendi sunt sacrificijs. & rursum: Receffit à malo, non quia à faciendo continuit, sed quia veniendo reprobavit. Item dicit: Quod hoc numero requies designatur. Item, Nonnulli sese intrinsecus: quia per eos gratia purgationis derivatur, extolluntur.

Quoties, toties, septies, sine n.

Quicquid & quicquam, in priori syllaba per c scribendum, non per d.

Quamquam, in priore per n.

Quorundam, sicut eorundem per n.

Querela per unum l.

Quatenus adverbium loci, vel temporis, id est, quoufque, per e.

Quatinus, conjunctio causalis, id est, ut, per i scribendum.

Queritur, de inquirendo: queritur, de plorando.

Quæstus, lucri: quæstus, lachrymarum.

Querimonia quoque per simplicem e scribenda.

Queror de te: queror de illo: item conqueror.

Quò vadis? ad quem locum significat.

Quà vadis? qua via dicitur.

Quò, aliquando pro ubi ponitur. Augustinus: Invenis domum famosam, quò boni habitant, id est, ubi habitant.

Quot, ad numerum pertinet, sicut & tot.

Quanti & tanti, ad mensuram: sed nostri auctores aliquoties quantos, pro numero ponunt. Gregorius: Sed cum rete magnis piscibus plenum dicitur. Additur & quantis, scilicet 150, tribus.

Quantus, quàm magnus dicitur.

Quotus, cuius ætatis: unde & quota luna dicitur. Augustinus: Quotus quisque apparere atque existeret potest, qui non convincatur esse peccator: id est, in qua ætate, quod dierum vel annorum numero.

Radius, masculino, non radium neutro.

Rubar, coloris est: robar, virtutis: robor, arboris.

Rapio tibi pecunias.

Redoleo unguentum.

Regium dicitur, quod regis fuit: regale, quod rege dignum est.

Rabies tantum numero singulari.

Reliquiæ, & rostra, ubi concionatur, tantum pluraliter.

Remedium, submovet imminetia pericula, medicamentum, sanat illata. Remedium itaque ne periclitetur: medicamentum ad subita pericula optatur.

Roseum per se: rosarium mixtum.

Rudis, comparativum & superlativum non habet: sed pro his utitur adverb. magis & maxime: ut, magis rudis, & maxime rudis.

Recens feci, dicimus: non recenter, utentes nomine pro adverbio.

publîkòs Græcè, Latine modulatio.

publîkòs, modulor.

Super, præpositio modò ponitur pro De: ut

Multa super Priamo rogans, super Hectore multa.

Modò & pro præpositione Pro: ut,

Nihil super imperio moveor.

Et pro insuper, & Amplius: ut

Cui neque apud Danaos usque locus, & super ipsi

Dardanidæ infanti penas cum sanguine possunt.

Et pro Desuper: ut,

Et super è vallo prospectant Troes.

Et pro Superest: ut,

Illi autem neque fuga jam super ulla pericli.

Interdum & Ultra, significat: ut,

Super Garamantas & Indos proferet imperium.

sub, præpositio significat modò Supra: ut

Corpora salu subducunt in equos. Id est, supra jacunt.

Modò pro præpositione In: ut,

Nanque sub ingenti lustrat dum singula templo.

Id est, in templo. Significat & Prope: ut,

Classemque sub ipsam Antenore.

Ponitur nonnunquam pro Clam: ut,

Subripuit, id est, clam rapuit.

Similis sum tui, moribus: similis tibi, facie.

Studio tibi feci: id est, dum studeo tibi.

Sartrix, vel Sertrix, quæ facit.

Subigo hostem, perfectæ formæ est.

Subagito, frequentativæ.

Salubre, ad locum refertur, & ad cibum.

Salutare consilium est. Ita salubre non nocet: salutare prodest.

Supellex, fanies, socordia, sitis, & in neutro sulphur, serupulum, sinapi, siler, singularia tantum sunt, sed Virgilius, sulphura vina: & Terentius masculinè serupulum reulit.

Sentes, id est, spinæ, & farcinæ quum vasa significat: & farcinæ, id est, auxilia: & scopæ, & falinæ, & scalæ, & in neutro sponsalia, semper pluralia: sed nostri scalam dixerunt.

Sponte mea venio, non habet plures casus.

Si amem, ames, amet, declinatio est verbi conjunctivi: sicut quum dicimus, Quum amem, ames, amet.

Scylla, nomen habet à spoliando, sive vexando nautas.

Spolio, est enim Latina: Græcè dicitur scylo σκύλλω, & vexo.

Sanno, sannis, sannui, hoc sannium, querela.

Sors sortis, fors fordis dicitur. Ambrosius: Mundat vasa, ne fors aliqua vini gratiam decoloret. Tameñ negant quidam, sordem nominativum casum habere.

Si, vel Ecti, nonnunquam indicativum verbum trahunt. Gregorius: Frustra miraculum foris ostendimus, si deest quod intus operetur. Item, Quæ ecti ad perfectionem non pertinent, fidem tamen tenent.

Sensus, nomen est quartæ declinationis: & participium præteriti temporis, à verbo passivo, quod est sentior: cuius etiam perfectum est, sensus sum, es, est, non sentitus.

Secutus, non secaturus: à verbo quod est seco.

Scamna sunt, quæ lectis altioribus apponuntur. Scabella, quæ lectis parvulis vel sellis ob ascensum apponuntur. Scabellum autem & Suppedaneum dicitur, quod sub pedibus sit.

Sterceratos agros, non stercoratos dicas, quibus stercus ad fecundandum inferitur.

Solennem quum dicis sive scribis, in sequenti syllabæ connectis. Somnium similiter.

Sævus, sævio, sævi, sævisti, per æ diphthongum.

Sero, sevi, sevisti, per e simplicem.

Sagena per e, quum retia significat.

Sagina per i positum, pro pinguedine.

Sol, in utroque numero declinatur: sed singulariter sol, ipsum luminare significat: soles, ipsos dies nominamus, in quibus sol torum illuminat populum, nonnulli tamen veterum ipsa carmina Soles nominare: sicut Horatius in principio cuiusdam voluminis, quem ita exorsus est:

Soles meos omni ecclesiæ vestræ commendo.

Et Maro: Sapè ego longos cantando puerum memini me condere soles.

Secundum, præpositio est imitationis. Post, temporis, sive ordinis.

Segnitias, vitij, Segnitia, frigiditas.

Subscribo epistolis. Supplicio similiter: ut,

Supplicio divinæ pietati.

Simplex, ablativum & in i & in e mitit: genitivum pluralem in um & in ium: ut ab hoc simplice vel simplici, horum simplicum & simplicium.

Suavis, ablativum casum in e & in i mitit.

Stachys, στάχυς Græcè, Latine spica.

Scandali Græcè neutro genere, caliga Latine.

Sertum & corona, ex uno Græco transferuntur, id est,

σέρτιος.

Solium, propriè sedes regalis est, unde Græcè βασιλικός, σπένδιος vocatur.

Senex & senior, superlativum gradum non habent.

Sobrius nec comparativum recipit, nec superlativum: sed pro his dicimus, magis sobrius, & maxime sobrius.

Senecta & senium, duo nomina senectutis sunt, & discernuntur à Græcis, apud quos aliud nomen habet gravitas post juventutem, aliud post ipsam gravitatem veniens ultima ætas. Nam presbyter dicitur gravist & γέρον senex, quia verò in Latina duorum istorum nominum distinctio defecit, de senectute ambo sunt posita, senecta & senium. Hæc Augustinus. At Gregorius: Undecima verò, inquit, est ætas, quæ decrepita vel veterana dicitur: unde Græci, valde ãniores non γέροντας, sed presbyteros vocant.

Suspiro, verbum trahit nomen dativi casus & accusativi: ut, Suspiramus patriæ celesti, & præpositione addita, Suspiramus ad vitam immortalem.

Subducimus & quæ retrò subtrahimus, & quæ in promptu offerimus.

Supremus, summus & ultimus, & superiorem & inferiorem significat.

Supereff, quod eminet.

Supra, quod aliquid substratum habet.

Subter est, quod re aliqua superiore premitur.

Subtus, quod demissum ab altiore non tangitur.

Servitium, multitudo servorum.

Servitus, conditio est serviendi: sed veteres indifferentes servitium & pro servitute posuerunt.

Sinapi, sicut & gummi, Græcum est, & pluraliter Sinapi, cuius genitivus cum s profertur, ceteri casus similes sunt nominativo.

Sibilus dici oportet: Virg. in Bucolicis:

Nam neque me tantum venientis sibilus Austris.

Sed & neutro genere quidam dixerunt: ut

Cornelius Severus:

Et suaviter concordant sibila sæva dracones.

Macer:

Theriacon longo resonantia sibila collo.

Serenus, suæ sibilum.

Sal, & masculino genere & neutro dicitur.

Saturitas, in cibo tantum dicitur, in ceteris verò satietas: sed Virg. Odij saturata quievit.

Simiam, authores doctiores dixerunt etiam in masculino.

Strigem hanc, in significatione avis dicas: striga autem castrense vocabulum est, intervallum turmarum significans, in quo equi stringuntur: unde etiam strigosi dicuntur corpore macilento.

Stirps, in significatione sobolis, feminino genere dicitur: sed cum materiam significat, masculino modo stirpem recitum dixerunt: ratem etiam in significatione sobolis, masculino genere, ut Pacuvius:

Qui stirpem occidit meum.

Sero rumores, id est, divulgo: & sero, sevi.

Sero, id est, claudo (unde & sera dicta est) seravi. Terentius.

Tu abi, atque ostium obfera intus.

Suffragor, non suffrago: & suffragatus sum, non suffragavi.

Sorbeo, sorbui, non sorbsi.

Somnio, non somnior: somniavi, non somniatus sum.

Sanguis est, dum manet: effusus verò, cruor.

Sumimus ipsi: accipimus ab alio. Sic quum damus, dicendum Accipe: cum permittimus ipsi tollere, dicendum Sume.

Scorpio, bellica res est: at scorpius, animal.

Scribo, scripsi, scriptum: cum vocalis sequitur, debet esse: cum consonans, p.

Sacer & venerandus, & execrandus, Virg. Auri sacra fames.

Suffragia populi, & quæ honorant dicuntur, & quæ damnant.

TEstor, aliquid confirmans sententiam: contestor, cum quadam autoritate affirmans: Protestor, manifestè cavendo denuncians: obtestor aliquem jura compel-

lens:

lens:attestor,ad testimonium vocans,qui sit dignitate vel autoritate eminens : detestor,aliquid execrandum respiciens.

Trux,ablativum in i & in e mittit : genitivum pluralem in u & in um.

Therion,græcè *θηρίον*,Latinè fera,unde theriaca,quia feraliter occidit.

Tacurnitas,loquela contraria est: silentium,confusis vocibus sive tumultibus.verum sciendum,quia fileo & taceo, & conticeo & reticeo, ab uno Græco veniunt *σιωπία*.

Tenax beneficij, id est, memor gratiæ.

Torques, nomen, generis communis. nam & in Mario Livius genere masculino, & Cicero torquem feminino posuere.

Triumphat nos Deus, cum superandi hostes auxilium tribuit. Deo (inquit ille) gratias, qui semper triumphat nos in Christo Jesu. & iterum expoliens principatus & potestates, triumphans illos in semetipso.

Transmigro, quum de loco ad locum iter facio. item transmigro dicitur, cum additamento accusativi casus, cum aliquem de loco ad locum transfero: ut, Nabuchodonosor transmigravit Judæos de Jerusalem, & emigrabit te de tabernaculo. Porro exemplum verbi superioris, transmigra in montem sicut passer.

Transmigrans participium, æquè dupliciter: & de loco ad locum transiens aliquis, & alium de loco ad locum transferens intelligitur.

Turtur, & masculino genere & feminino profertur, tunc temporis adverbium est, tum ordinis.

Terga hominum sunt, & singulari numero tergum.

Tergus quadrupedum, pluraliter facit tergora, id est, coria.

Linguere dicendum, non tingere.

Temeritas, sine consilio: audacitas, post consilium.

Temperantia animorum, temperatio rerum, temperies aurarum.

• Tapete, tapetis, & tapeti, & pluraliter tapetia, tapetium, tapetibus alcis. sed & hoc tapetum, hujus tapeti, huic tapeto: & pluraliter tapeta, tapetorum, tapetis. Virgilius: Instratos alipedes, pictisque tapetis.

Sed & masculino genere dicit:

Pictosque tapetos.

Turbo, si sit proprium, Turbo, turbonis facit. nam si ve ventus, si ve quo ludunt pueri, hic turbo dicitur, Virgilius:

Torto sub verberè turbo.

Tumulus & tumens, tellus, & mons brevis, & sepulchrum æquè vocatur.

Teloneum, per simplicem, non chelonium, aspiratione addita. Est autem Græcè *τέλων*. Latinè vestigal.

Tabes, tantum singulariter dicitur.

Tendicula & tenebræ tantum pluraliter.

Utsqueaque, omnimodo significat: pro quo in Psalmo Græco *ὅς ὅσδ' ἄρα*, legimus: quod significantius Latinè potest usque valde, interpretari.

Ut, modò temporis adverbium est, & significat postquam, modò qualitatis, & significat quemadmodum. modò optandi, & significat utinam modò mirandi, & significat o quam modò conjunctio causalis: ut volo ut ubi ego sum, & ipsi sunt mecum.

Vacat mihi, Græcè *χαλάζω*.

Vaco militia, perfectum vacavi.

Vulgus neutri generis est, & pluralem numerum non habet. sed Virgilius masculinè vulgum extulit.

Hinc spargere voces in vulgum ambiguas.

Vas, vasis, generis masculini:

Vas, vasis, neutri, de vasculo.

Vis, duplicem habet significationem: & virtutis videlicet, quæ Græcè *δυναμεις* dicitur: & violentiæ, quæ Græcè *βία* vocatur.

Vecordia & virus, tantum singulariter efferuntur.

Vepres & verbera, & viscera, non habent singularem declinationem, nisi tantum verberè & viscere. Virgilius:

Et torto volitans sub verberè turbo.

Et Ovidius: Viscere diviso.

Utor divitijs & divitiis. Virgilius semper singulariter.

Vervex, id est ovis, ab u litera incipiendum.

Uterior & ultimus, positivum gradum non habent.

Verus, ad naturam tantum veritatem refertur.

Verax autem dicitur, qui non mentitur. unde verus demon dici potest: verax autem non potest.

Vallestria agrorum, sicut & campestria dicuntur.

Veto culpam, & veto à culpa, id est, prohibeo à culpa. Seduli. Pomisque vetaret acerbis, id est, à pomis, Et Fortunatus:

Non veto conjugium, sed præfero virginis alvum.

Vultus mutatur: facies manet.

Væ, dativum & accusativum sequi debet: ut,

Alius væ populo Maurorum: væ populum Maurorum.

Uterque, de duobus dicimus: utrique, de binis aut de pluribus ex utraque parte positus. Uterque venit, utrique venerunt.

Veneunt, qui venduntur.

Ultus, & vindicatus & punitus.

Velocitas pedum & corporum: celeritas animorum & factorum.

Ulcus, quod nascitur.

Vulnus, quod per alium fit.

Vultur dixit Virgilius in sexto. Sed & vultorius, Lucilius primo.

Urgeo, non urgo. Virgilius.

Quibusve urgentur pœnæ.

Ungo, unxi, quomodo pingo, pinxi: utrumque sine u: attamen derivatum u addit: ut, pinguis, unguine ceras: ita ut unguentum, non ungentum dicatur.

Verbum, est omne quod lingua profertur & voce: sermo autem, cuius nomen ex duobus compositum, ferendo & movendo, compitig ac diligentior sit: sententia vero quæ sensu concipitur. Porro loquela, cum quadam eloquentia dictionis; ordo profertur. Oratio, quum usque ad manuum artem describendus oratoris sermo pervenit.

Libri de Orthographia.
fms.

BEDÆ PRESBYTERI DE ARITHMETICIS NUMERIS

LIBER.



Numerus, est multitudo ex unitatibus constituta: nam unio semel, non potest esse numerus. Arithmetica autem est disciplina numerorum. Græci enim numerum, *αριθμὸν* vocant. Numeri disciplinam apud Græcos primum Pythagoram perhibent conscripsisse: ac deinde à Nicomacho diffusius esse dispositam, Quum apud Latinos primum Apuleius, deinde Boetius transfulerit. Numero, nummus nomen dedit, & à sui frequentatione vocabulum ei indidit. Unus, à Græco nomen trahit: Græce enim

unum,